



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XIV. De societate Duodæ, & consilio Sigebodi Ratinbuchensis Eremitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

XIV. Sociavit ei **D E V S** in primis mulierem indigenam nomine Doudam excellentissimæ pietatis, & castitatis æmulam, utpote Sigibodi Reytenbuchensis Eremitæ neptem, discipulam. Nam cum adhuc virgo ad eam salutaribus monitis instruenda venisset, ille quidē se dixit optare, quatenus possibile foret, in virginitate permaneret; sed, quia minimè speraret à propinquis eius hoc toleratum iri, consilium se dare, iugiter per septennium abstinendi à concubitu maritali, ex quo se primum sensisset imprægnari. Nam, ex quo filiam, nomine Charopolim, deuotā **C H R I S T I** Virginem, quæ nunc spiritualis matris *Herluca* sepulchrum die noctuq; lacrimabunda obambulat, feliciter se concepisse persensit, septennem continentiam, consentiente marito, compleuit; eidemq; denuo copulata, postquam filij sui nomine VValterij grauedinem in utero deprehendit, ad torum coningis ulterius, ut creditur, non repedauit.

XV. Iuuit castimonix perpetuitatem primitus falsa suspicio mariti de crimine incaestuosi adulterij, cuius purgationem subsecuta est tanta infirmitas eiusdem viri, ut tempus longè fiendi ab amplexibus facile posset agnosci.

XVI. Hæc igitur in solatium derelictæ *Herluca* diuinitus accersita, tam strictè eam charitatis vlnis amplexata est, ut ei syncerum matris affectum, & filix vocabulum mira cum suauitate impertiuerit.

XVII. Si quando asperiori vestimento *Herluca* vestiri voluisset ad carnem, parcens ei Douda, suis illud potius castigationibus adaptauit, prædixitque satis eam maturè talibus vsuram, longè se prius, quàm illam obituram; quod quidem ita euenit.

Y 2

XVIII. Ve-